

Sed ascendentes aliunde; fures sunt, & latrones; & non pastores, qui conati sunt oves perdere, & laniare, tales fuerunt Iudas Galilæus, & Theodas, qui sibi Christi, ac Messia nomen arrogantes. Actor. 5. num. 36. populum seducere curarunt. Ira D. Cyrillus, D. Chrysostom. Euthym. Theophyl. D. Thomas, D. Bonau quod etiam de Phariseis, ac falsis magistris bene intelligitur. Sunt. Verbum est absolutum à tempore, & omne tempus comprehendit, sunt, fuerunt, erunt. Vel Christus expressit tempus præsens, quia præsentia, magis mouet, ac agnoscuntur, quam præterita, & futura; fures, & latrones: fures, qui aliena diripiunt; latrones verò, qui occidunt, vt dixi in prima expositione, non solum contenti direptione, malum malis addentes mortem infligunt.

29. Chrysof. Non audierunt eos oves. Ad se vocantes, sed Christo adhererunt, quod maximè, vt ait Chrysof. ad laudem ouium spectat, meritò tamen dubitat D. Augustin. tract. 45. in Ioan. Quomodo hoc possit stare, cum certum sit multos ex electis aliquo tempore deceptos extitisse Pseudo-Propetas; Respondent aliqui, quod tunc non erant oves, sed cum hoc repugnat id, quod dicitur Ezechiel. 34. num. 5. & 8. Vbi dicuntur errantes, & dispersæ, oves ergo erant, quando dispersæ, & errantes; Respondet ergo ipse Augustin. oves non audisse eos, quia in ea voce audienda non perseverauerunt, quamuis enim aliqui electi aliquando falsos Doctores audiuissent, cum tamen respiciunt; inde dicitur quod eos non audierunt, tantum respiciencia, ac emendatio emendat animam, ac si delictum non præcessisset.

QVÆSTIO IV.

Quare à Christo apellantur omnes, quotquot venerunt fures, & latrones?

30. Anast. Sin. M ERITO Anastasius Sinaita lib. 1. in Hexameron. Cum legerit, omnes qui ante me venerunt fures sunt. Continuo addubitan exclamat. Quid dicis Domine? Omnes, qui ante te venerunt sunt fures, & latrones? Num fures sunt, & latrones Abel, quem dixisti iustum? Et Enoch, & Noë? Nunquid latro est Abraham, & Isaac, & Iacob, & Moyses, & Aaron? Nunquid latro est David, & Helias, & omnes Propheta? Vnde Manichæi Prophetas reprobantes, hoc loco sinistra abutebantur, quia quotquot ante Christum venerunt fures, & latrones fuerunt, vt testatur D. Augustin. lib. 5. contra aduersarium Legis, & Prophetarum c. 4. De intelligentia ergo horum verborum differendum est.

31. Anast. Primò. Citatus Anastasius Sinaita hæc verba intelligit de Angelis è cælo lapsis. Omnes, qui ex eodem cælo venerunt ante me, sunt fures, & latrones, nempe aduersaria potestates. Quæ sedem Dei sibi arripere sunt conatæ, diuinæque adorationis furtum introducentes, pro Diis homines coli fecerunt. Secundò Clemens Alex. lib. 1. Stromat. n. 8. non solum sub hac sententia intelligit Pseudo-Propetas, sed etiam illos falsos Philosophos, qui dogmata erronea, & falsa tradiderunt, se hominum Magistros, & Doctores facientes. Sic etiam Caieranus, per fures, & latrones intelligit Sectarum duces, & Titelmanus Philosophos, & Idolorum pontifices.

Tertiò. D. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epistol. 119. Non enim dixit, ait, omnes, qui missi sunt; sed qui venerunt. Nam Propheta quidem missus sum, Moyses quippe audiuit: Veni mittam te in Ægyptum ad Pharaonem Regem. At verò Pseudo-Propeta, & qui ad principes & præfectos currebant, non missi, sed ostentationis studio flagrantes, atque ambitione laborantes suapte sponte velut transfuga descuerunt. Quod autem de his ipsis hæc dicta sint, liquet ex eo, quod sequitur. Fur enim, inquit, non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. In multis præclare facit vim Pelusiota. Et imprimis in illo verbo, venerunt, non enim dicit omnes, qui missi, aut vocati sunt, vt fuerunt Propheta, sed dicit omnes, qui ex se ipsis non vocati venerunt, vt sunt Pseudo-Propeta, & falsi Doctores; hi autem cum non missi venerint, nil aliud intabant, nisi tanquam latrones deglubere, fugere, ac laniare oves. Quod confirmat ex verbis subsequentiibus. Fur non venit, nisi vt mactet, & perdat.

Hancque Doctrinam accommodat citatus D. Isidorus Pelusiota ad dicentes: Et qui ad principes, & præfectos currebant, non missi, sed ostentationis studio flagrantes, atque ambitione laborantes sua sponte, &c. Qui absque vlla vocatione, & missione ad principes currunt, aliorum res, & facta annuntiantes, hi tanquam Pseudo-Propeta sunt fures, & latrones, & nihil aliud dicunt nisi falsa, & nociua, vt alios perdant, semetipsos pascentes, quod confirmatur ex adiunctis verbis, fur non venit, nisi vt mactet, & perdat; Qui sine vocatione vadunt ad Principes nil suggerunt nisi in aliorum damnum. Postquam arca ducta est in domum Obededon. Nuntiatum est regi David, quod benedixisset Dominus Obededon, & omnia eius propter arcam. 2. Reg. cap. 6. num. 12. Sed quinam fuerunt hi, qui nuntiauerunt regi, cum ab ipso non vocarentur? Iosephus lib. 7. cap. 4. habentes Zelum, & iterum, quod usque ad inuidiam eorum, qui incrementa eius viderant, felix extitisset. Moti inuidia, & Zelo non vocati ad regem se conferunt hominis prospera annuntiantes, sicque illi malum machinabantur.

In primis in hac re certum est, quod in præfenti sententia: Quot quot venerunt, fures sunt, & latrones, non intelliguntur Propheta, vt est indubitabile, & docent D. Chrysostom. homil. 58. D. Augustin. lib. 16. contra Faustum cap. 12. lib. 2. contra aduersarium Legis, & Prophetarum cap. 4. & D. Cyrillus, Beda, Rupertus, & omnes Catholici, sicut etiam in hac sententia veri Ecclesiarum Pastores non comprehenduntur; omnes enim hi per verum ostium Christum Iesum, in legationem, munus, ac officium pastorale ingressi sunt, qui enim intrant per ostium, pastores sunt ouium, vt dixit Christus Dominus.

Latrones ergo, & fures, de quibus hic agitur, vt docent D. Thom. Iansenius, Toletus, Maldonatus, Barradas, Cornelius, sunt qui non intrant per ostium Christum Iesum, vt fuerunt, qui venerunt fingentes se verum illum pastorem, qui expectabatur, quales extiterunt Iudas Theodas, & Iudas Galilæus, & etiam omnes illi, qui falsam, & hæreticam Doctrinam disseminant, & qui ad pontificias, ac regias dignitates introducuntur non intantes per ostium, sed ascendentes aliunde, omnes isti fures, & latrones sunt, suis lucris student, ouesque laniare fatagunt.

De Nabuchodonosore, qui sine vilo iure omnia regna orbis inuasit ipsum Aquilæ comparat Ezechiel.

32. Pelusiota.

Latrones, qui ex se ipsis venerunt.

33. Pelusiota.

Annuntiatores regibus, latrones.

2. Reg. 6.

Ioseph.

34.

Chrysof. August. Cyrill. Beda. Rupertus.

35.

D. Thom. Iansen. Tolet. Maldonat. Barradas. Cornel.

Vera sententia.

36.

Ezechiel. 17.

Ezechiel. 17. Septuaginta.

Interlinea. Regna plena rapinis.

37. Matth. 17.

Regnum mundiale latronibus circumcinctum.

chiel. 17. num. 3. ait enim. Aquila grandis magnarum alarum plena plumis. Septuaginta legunt, Plena unguinum. Quid hoc horrendum monstrum significet? Aquila scilicet unguibus circumamicta, ac plena? Interlinealis. Vagibus propter rapacitatem. Denotabat Aquila orbis imperatorem, quibus nam erat accingenda nisi instrumento rapiendi, ac furandi. Plena unguinum.

Scribit D. Matth. cap. 27. num. 37. Imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Iesus, Rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones; vnus à dextris, & vnus à sinistris. Alto consilio aduertit Evangelista, quod in ipsomet articulo temporis, in quo affixus est regis titulus Christus Dominus simul cum eo crucifixi sunt duo latrones, vnus à dextris, alter à sinistris. Tunc crucifixi sunt cum eo. Expende illud, tunc. Perfidi, ac mundiales Iudæi, Christi regnum, vt aliorum mundalium esse iudicauerunt; & cum in mundo nullum reperitur regnum, nisi latronibus circumdatum, & plenum, ideo cum regis titulum inscribunt, statim ei latrones coniungunt, & associant; In quo aperte falluntur Iudæi, cum Christi regnum cuius dextera plena est iustitia, totum in sanctitate, ac iustitia sit fundatum.

Ioan. 10. n. 9. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Num. 10. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant.

VERSIONES.

D. Greg. Nisse. Ego sum via, & ostium, per nus hom. 12. me si quis intrabit saluus in Cantica. crit.

Vatablus. Salutem consequetur. Syriacus. Per me si quis intrabit, seruiabitur.

Luc. Burgenf. Pastum inueniet.

Syriac. n. 10. Fur non venit, nisi vt furetur, ac vt trucidet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & quod abundantius est, habeant.

Arabicum. Ego autem tantummodo veni, vt afferatur eis vita æterna, & vt abundantius eis sit.

Græcus. Et vt vitam habeant, & abundantem habeant.

Vatablus. Et vt abundant pascuis.

EXPOSITIO IV.

GO sum ostium. Rupertus existimat hic aliud exprimi ostium à superiori num. 7. distinctum. Sed cum Christi ouile vnum sit, vt infra subiicit: fiet vnum ouile, & vnus pastor, idem ergo est ostium, ac superius commemoratum, id tamen, vt notant Euthym. & D. Thom. & alij. Christus magis explicat, & repetitione confirmat, adhibens, vt ait D. Thom. expositionem ostij, & furis. De fure agit sequenti versu, de ostio nunc. Ego sum ostium; ouium, ac ouilis Dei. Explicat Albertus Magnus, per doctrinam, & exemplum. Vidi ostium apertum in cælo. Apocalyp. 4. num. 1. Per me: per fidem in me Christum saluatorem mundi; Si quis, ait, Albertus Magnus. Modus loquendi denotat paucitatem intrantium. Introierit. In ouile Dei, ac Ecclesia Dei. Saluabitur. Iustificabitur à peccatis, ac in æterna vita beabitur, & in omnibus suis saluus, & liber erit ab incurfu noxiarum bestiarum. Ingrederetur, & egredietur. Phrasis est Hebraica, & significat securè, turd, ac feliciter, & liberè se habere. Allusio est ad ipsam rationem ostij, per quod oves quotidie educuntur ad pascua, ac ab illis reuocantur; ingressusque, ac egressus denotat hominis actiones, ac negotia expleto suo munere sine metu, ac perturbatione agi, omniâque feciliter adimplere. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Psalm. 120. vers. vltimo.

38. Rupertus.

idem ergo est ostium, ac superius commemoratum, id tamen, vt notant Euthym. & D. Thom. & alij. Christus magis explicat, & repetitione confirmat, adhibens, vt ait D. Thom. expositionem ostij, & furis. De fure agit sequenti versu, de ostio nunc. Ego sum ostium; ouium, ac ouilis Dei. Explicat Albertus Magnus, per doctrinam, & exemplum. Vidi ostium apertum in cælo. Apocalyp. 4. num. 1. Per me: per fidem in me Christum saluatorem mundi; Si quis, ait, Albertus Magnus. Modus loquendi denotat paucitatem intrantium. Introierit. In ouile Dei, ac Ecclesia Dei. Saluabitur. Iustificabitur à peccatis, ac in æterna vita beabitur, & in omnibus suis saluus, & liber erit ab incurfu noxiarum bestiarum. Ingrederetur, & egredietur. Phrasis est Hebraica, & significat securè, turd, ac feliciter, & liberè se habere. Allusio est ad ipsam rationem ostij, per quod oves quotidie educuntur ad pascua, ac ab illis reuocantur; ingressusque, ac egressus denotat hominis actiones, ac negotia expleto suo munere sine metu, ac perturbatione agi, omniâque feciliter adimplere. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Psalm. 120. vers. vltimo.

Fur non venit. Postquam vt notat D. Thom. explicauit Dominus conditionem ostij, quod ad se spectabat, nunc ex contraria intentione explicat conditionem furis, ac latronis, de quibus dixerat. Omnes quotquot venerunt fures sunt. Et subdit. Fur non venit. Ait Euthym. propter salutem ouium, sed propter earum damnum. Vt furetur, mactet, & perdat. Tria dicit. Vt furetur. Vt nepe furripiat ab ouili, ac Ecclesia Dei, cuius sunt oves propria; mactet, falsa, & peruersa Doctrina, auferendo ab eis vitam spirituale; perdat, ducat ad æternam damnationem in gehenna ignis. Caieranus ait, quod tria hæc mala parit Doctrina sectarum hæreticarum. Ego veni. Ego autem è contra descendendi de cælis, non propter meam, sed propter ouium mearum vtilitatem. Vt vitam habeant. Vitam non aufero, sed confero, per antithesin opponit se crudelitati furum. Vt abundantius habeant, seu vt alij legunt, abunde, seu abundantem habeant; vitam per gratiam in hoc sæculo, vt exponunt Chrysofom. D. August. Euthym. Theophyl. Beda. D. Thom. Bonauent. Theosal. 1. 4. Cyrill.

Abundantius haheant multiplicem Spiritus Sancti donorum copiam. Et abundantius habeant, vt quotidie magis, & magis augeantur, & crescant in iustitia, & sanctitate. Ad Theosal. 1. c. 4. num. 1. Sic & ambuletis, vt abundetis magis. Rupertus explicat, vt abundantius habeant nunc in lege gratiæ, quam olim habuerunt patres in lege veteri.

QVÆSTIO V.

Quare de introeunte per Christum vt ostium dicitur, quod ingredietur, & egredietur?

INGREDI, & egredi phrasis est Hebraica, vt dixi in expositione, & significat securè, ac prospere, & sine metu vbique versari, ac cum eadem securitate suo munere fungi, ac proinde tria dicit. Primò securitatem; Secundò fiduciam; Tertiò libertatem in suo munere adimplendo, quælibetque negotia peragendo. De se ipso dixit Moyses.

Euthym. D. Thom.

Albertus. Apocal. 4.

Psalm. 120.

39. D. Thom.

Euthym.

Caieran.

Chrysof. August. Euthym. Theophyl. Beda. D. Thom. Bonauent. Theosal. 1. 4. Cyrill.

Rupert.

40.



Moyſes ad Deum. Non poſſum egredi, & ingredi. Deuteron. 31. num. 2. id eſt gubernatoris muneris ſatisfacere. Et de Dauid dicitur 1. Reg. 18 n. 13. Amovit eum Saul a ſe, & fecit eum tribunum ſuper mille viros, & egrediebatur, & introibat in conſpectu populi. id eſt gubernabat, & tegebat mille viros, & de Salomone poſtulate ſapientiam ad gubernandum populum ſibi commiſſum dicebat ad Deum. 3. Reg. 3. num. 7. Ego autem ſum puer parvulus ignorans ingreſſum, & introitum meum, & ſervum tuum in medio populi, quem elegiſti, &c. Vnde per ignorantiam introitus, & egreſſus muneris regio ſe ineptum fateatur, & regiminis ignarum ſe dicit. Et 2. Paralip. 1. num. 10. Da mihi ſapientiam, & intelligentiam, ut ingrediar, & egrediar coram populo tuo. Id eſt ut iuſte, & recte enim regam; feliciter, ac bene eum gubernem. Omnia quacumque faciet, proſperabuntur. Hancque ſententiam docent Divinus Chryſoſtom. Ingredietur, & egredietur, hoc eſt ſecurus erit, & liber. Theophylact. Ingredietur, & egredietur, hoc eſt magnam habebit ſecuritatem, ſicut Apoſtoli ingredebantur, & egrediebantur coram tyrannis liberè loquentes. Idem docent Euthymus, Carthuſian. D. Thom. qui ſic explicat ſubiuncta verba. Et paſcua inveniet. Delectationem nempe in conuerſione gentium, & delectationem in perſecutionibus. Secundò exponit D. Auguſt. tract. 44. in Ioan. Quilibet bene agens, ingreditur ad internam meditationem; & egreditur ad externam operationem, nam cum quis divinas res contempletur inde ipſum ingreditur, cum verò operatur egreditur. Et paſcua inveniet, in conſcientia munda, & deuota.

Tertiò D. Gregor. homil. 13. in Ezechiel & Rupertus; Ingredietur per oſtium fidei in Eccleſiam militantem credendo, & egredietur ab Eccleſia ſcilicet militante ad triumphantem, & paſcua inveniet in Eccleſia militante, doctrina, & gratia; & in Eccleſia triumphanti, ſcilicet gloria. In paſcua uberrimis paſcua eas. Ezechiel. 34. num. 14. Quartò. Idem Auguſt. lib. de ſpiritu, & anima, cap. 9. Ingreditur meditando divinitatem meam, egreditur ad humanitatem, & in vtriuſque contemplatione mira paſcua inveniet. Quintò. Theophylact. Ingreditur ut curam gerat interioris hominis conſcientiam ſuam, ſcilicet dirigendo, & egreditur cum mortificaverit membra ſua ſuper terram. Sextò. D. Gregorius lib. 1. Regiſt. cap. 16. Ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. Cum intus mentem devotionibus impingunt, & foris ſe piis operibus ſarient. Septimo D. Thom. Ingreditur intra Eccleſiam cum fidelibus, & egreditur ad infideles, eorumque conuerſionem, ac prædicationem.

Quartò D. Gregor. Niſſenus homil. 12. In Cantica. Ingredietur, & egredietur. Ita ut nunquam nec ingrediendi, nec egrediendi fine faciat, ſed ubi proficiendo ſuperiora eſt ingreſſus, & ſemper extra illa verſetur, que fuerint ad ſe cõprehenſa. Ac ſi per hæc verba continuū motū in proficiendo doceat nos Dominus, itavt in re virtutis nunquam animus quieteat, ſed ſemper ad vltiora progrediarur. Qui enim in opere virtutis ingreditur, egrediarur ſemper ad vltiora ſe extendens, ut quotidie magis, ac magis creſcat in re virtutis.

Reſuſcitatus Ieſus iuxta mare Tyberiadis dixit diſcipulis ſuis. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Ioan. 21. num. 1. Apoſtoli principes Eccleſiæ, illi ſque fundamenta. Apocalypſ. 21. n. 14

A Regio vate principes totius orbis vocatur. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Pfal. 44. num. 17. A D. Petr. o ſeniores appellatur. Sic ait. Seniores, qui in vobis ſunt, obſecro: conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum, Epistol. 1. cap. 5. n. 1. Si ergo tales erant Apoſtoli, quomodo à Chriſto pueri dicuntur? Quamvis Apoſtoli fidei eſſent fundamenta, excellentia, ac dignitate principes; & prudentia, ac maturitate ſenes aliquam puerorum conditionem in eis Divinus Magiſter perquirebat; Pueri hoc habent, ut in ſui augmento nunquam ſiſtant, ſed ſemper ſine inreſmiſſione creſcant, & proficiant; hæc in virtute naturam ebibant Eccleſiæ proceres, ut quotidie in novos progreſſus ſe extendant, & petucurrant. D. Auguſt. tract. 3. in Epistol. Ioan. tom. 9. in hac lectione, ait, pueros alloquitur, ut ſeſtinent creſcere; quid eſt creſcere? Proficere. Quisquis novit naturam eſſe, ut audiat, quia puer eſt. Infans auide imbiat verberibus maris, & cito creſcit.

Iuſtus à Dauid Cedro combinatur. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Pfal. 91. num. 13. Cur potius Cedro, quam alteri arbori iuſtus comparatur? Aponius lib. 3. Commentarior. in Cantica. Natura Cedrorum, ait, ſemper creſcere fertur, neq; aliquando ſinitur in ſenectutem ire. Pro quo expendit, quod comparat iuſtum Cedro, in multiplicatione. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Cedrus nunquam in ſenectam abit, ſed ſemper creſcit, ac in dies augetur; ſic & iuſtus quamvis ætate, & meritis grandævus ſit, nunquam ſiſtit, ſed ſemper multiplicatur, ac proficit. Vide multa hoc tom. 1. 2. & 3. Verbo, virtus.

Ioan. 10. n. 11. Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

VERSIONES.

- Syriacus. Ego ſum paſtor ille bonus.
Arias. Ego ſum paſtor ille pulcher, Paſtor pulcher animam ſuam.
Lucas Burgen. Ego ſum paſtor ille egregius.
D. Cyprian. Epistol. 5. Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam pro ouibus meis.

EXPOSITIO V.

X parabola oſtij transfert Chriſtus ſermonem ad excellentiorem parabolam paſtoris, ſemper Dominus in ſermonibus ſuis ad maiora auditores deducebat; Ipſe enim eſt oſtium, per quod oues, id eſt fidelis ingrediuntur in Eccleſiam, idem ipſe eſt paſtor. Ego ſum paſtor bonus. Græcè habetur: Ille paſtor bonus. Ille ſcilicet per excellentiam præſtantiffimus, & optimus, imò vnicus, & ſingularis ab omni ſæculo deſideratus; Qui ita ſolus animam meam, id eſt vitam meam pro ouibus, ac fidelibus meis dabo, ut morte mea eos ab æterna morte, ac damnatione redimam, eiſque non ſolum præſentem, ſed etiam æternam vitam cum omnibus donis gratiæ conferam, quod vt obſervant D. Chryſoſt. Euthym. Theophylact. Rupertus,

Rupertus, D. Thom. D. Bonau nec Propheta, nec Apoſtoli nec alij martyres fuerunt; nam quamvis ipſi pro ouibus ſibi à Chriſto commiſſis eſſent mortui, tamen morte ſua oues à morte non liberarunt.
47. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Hoc non tantum parabolæ, ſed rei per parabolam denotatæ conuenit. Paſtor enim ouium materiam plus debet æſtimare vitam ſuam, utpote hominis, quam ſuarum ouium: vnde non tenentur cum evidenti vitæ ſuæ periculo ſeruare ſuorum pecudum vitam, ſi autem id faciant magno affectu, declarabunt ouibus ſuis attendere. An verò in hoc ſemper peccent? Diſputant aliqui, de quo Toletus annot. 9. At verò Paſtor animarum ex officio tenetur, & debet vitam ſuam temporalem diſcrimini exponere pro conſeruanda vita ſpirituali ſui gregis, ac fidelium ſibi commiſſorum. Hinc ad eum pertinet tempore peſtis ſuis ſubditis aſſiſtere, vel de idoneo miniſtro providere ad ſacramenta infirmis conferenda. Et nota quod non dixit Dominus, dabit: ſed ait, dat animam, quia quotidie, ac omni tempore, & momento debet eſſe paratus vitam diffundere pro ouibus: & ait, animam ſuam dat. Mali enim paſtores ſunt fures, ac latrones, & tantum ab eſt, ut vitam dent pro ouibus, quod potius ipſas oues occidant, & deglutiant, ut earum carne, & ſanguine ſaginentur. Hiſque verbis pungit Dominus Phariſæos, oſtendens illos non eſſe paſtores, ſed fures, ac latrones, ut dixi hoc cap. expoſ. 1.

QUESTIO VI.

Quare Chriſtus Dominus expreſſe de ſe dixerit: Ego ſum paſtor bonus, cum de alijs rebus, quibus ſe comparavit, hoc non dixiſſet?

- 48. Chriſtus Dominus paſtori bono ſe ſe comparat; paſtor enim nullo parci labori, ut ouibus conſulat: ſic dicebat Iacob. Die, noſtuq; aſtu urebar, & gelu, ſugebatq; ſomnus ab oculis meis, Genef. 31. num. 40. Deinde bonus paſtor agnos tenerè paſcit: oues infirmas conſolidat ægrotas ſanat, contractas alligat, errantes reducit. Ezechiel. 34. num. 4. omniumque conditioni, qualitati, ac neceſſitati ſe ſe accommodat, & aprat. Quod latè, & eleganter explicat D. Gregor. in ſuo Paſtorali, ubi poſt multa ſubdit: Sciat, bonus ſcilicet paſtor, ait, aliter admonendos eſſe viros, aliter feminas; aliter iuvenes, aliter ſenes; aliter diuites, aliter pauperes; aliter laicos, aliter rixiſtes; aliter ſubditos, aliter prelatos; aliter ſervos, aliter dominos; graviora vitia præcipue perſequatur, infirmis mentibus abſtruſa non proponat; & maxime non voce tantum, ſed opere gregem in fide, ſpe, & charitate contineat. Ad quaſtionem noſtram.
49. Primò in dubium vocamus. Quomodo Chriſtus de ſe dicat. Ego ſum paſtor bonus. Cum ipſe etiam ſuis loquatur. Matth. 10. num. 16. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luparum. Quomodo bonus paſtor dimittit oues ſimplices, & inermes lupis? Optimè ſciebat, quod nulla maior proſperitas, quam ea, qua eſt perſecutionis, inde bonus paſtor periculum paſcit gregem ſuum, & cum lupis ſervat in cuſtodia virtutis, ipſa enim

perſecutio tutela eſt ſalutis, peccata expellit, & virtutes cortoborat, ac firmat.
Secundò ſæpe ſe Chriſtus Dominus lapidi comparavit, ut v. g. adducens illud Pfal. 117. num. 22. Lapidem, quem reprobaſerunt adificantes, hic factus eſt in caput anguli. Matth. 21. num. 42. Sicque aſſimilatur leoni. Vicit Leo de tribu Iuda. Apocalyp. 5. num. 5. Nunquam tamen de ſe dixit: Ego ſum lapis, ego ſum leo, ut modo de ſe ait: Ego ſum bonus paſtor, ſubiiciebat enim, quod bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, amans inſigniter gloriatur dum patitur, ac vitam diffundit pro re ſibi chara.

Tertiò. Duo homines valde charitate, ac beneficentia præclari in Euangelio proponuntur. Primus Samaritanus ille, qui cum iter ageret, hominem à latronibus vulneratum invenit; Et videns eum miſericordia motus, & approprians alligavit vulnera eius, inſundens oleum, & vinum, &c. Luc. 10. num. 33. Alter eſt noſter Bonus Paſtor. Et tamen Chriſtus Dominus expreſſe non ſe comparavit Samaritano; ſed bono paſtori; non enim dixit de ſe: Ego ſum Samaritanus, ſed Ego ſum bonus paſtor. Huius rei differentia in eo ſtat, quod Samaritanus cum ſuum iter faceret in Ieruſalem, caſu in itinere invenit hominem. At bonus paſtor profunda ſolicitudine, & cura videns ouem errantem, eam quaerit per omnia loca, ut ad gregem reducat. Theophylactus in præſenti. Paſtor qualis Dominus cognoſcit ſuas oues, quia curam illarum agit.

In primo rerum officio cum Deus vellet hominem condere quaſi conſilio habito ait. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Genef. 1. num. 26. Cur vniuerſitatis conditor, quodammodo cum conſilio non proceſſit in productione cæli, terræ, ſolis, lunæ, ſtellarum, ac aliarum rerum, ut ſe exhiberet in hominis factura? Ipſam hominum multis donis erat cumulaturus, inde in eius condimento quaſi cū conſilio ſe habet Deus, ut fieret apertum, quod altiffima providentia cum alijs eius delicta prævideret, tantis beneficiis eum erat exornaturus. D. Gregor. Mag. lib. 9. Moral. cap. 36. De ſolo igitur homine, ait, faciamus, eū de alijs creaturis legatur dixiſſe Deum ut fierent, & facta ſunt, & hoc quia rationalis creatura condebat, ut cum conſilio facta videretur.

Præcepit Deus Samueli ut vnum ex filiis Iſai vngeret in Regem Iſraëlis, cumque Propheta eſſet ingreſſus in domum eius repræſentari ſunt ei ſuo ordine omnes filij Iſai. Primus & ſenior Eliab, qui erat valde proceræ ſtatutæ, & magnis viribus præditus, ut notant Lyranus, Carthuſian. Abulenſ. Sanches, Cornelius, & alij. Cumque Samuel eum vididiſſet, ait: Nec hunc elegit Dominus. Appoſituſque eſt coram Samuel ſecundus, & tertius. Et tandem adduxit Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele, & ait Samuel ad Iſai: non elegit Dominus ex iſtis. 1. Reg. 16. num. 10. Poſtea vocatus David, qui erat paruulus, & paſcebat oues, ipſumque Propheta vnxit in principem Iſraël. Et quo grauis quaſtio oritur. Cur directè non mandatur Propheta, ut ſtatim Dauidem in regem designet? Cur prius coram eo adducitur alij, & ſeniores filij Iſai, ipſiſque reprobat, nec hunc elegit Dominus, nec hunc elegit Dominus? Tunc David oleo conſecratur. Cur prius alij excluduntur? Hoc enim videbatur in eorum dedecus cedere. Vt David auguraretur in regem, ſat erat, quod primò, & immediate eum Samuel oleo vnxiſſet; at vt in hoc in-

Vertical list of marginal references: Reg. 18, Reg. 3, 2. Paralip. 1, Chryſoſt., Theophyl., Euthym., Carthuſ., D. Thom., 41. Auguſt., 42. Gregor., Rupert., Ingreſſus in Eccleſiam militantem, & triumphantem, Ezechiel. 34, Auguſt., Theophyl., Gregor., D. Thom., 43. Niſſenus, Inſtus ſemper creſcat, & proficiat., 44. Ioan. 21, Apocal. 21.

Vertical list of marginal references: 50. Pfal. 117, Matth. 21, Apocalyp. 5, Amans gloriatur dum patitur., 51. Luc. 10, Theophyl., Deus non caſu ſu, ſed alto conſilio nobis conſort ſua beneficia., 52. Genef. 1., Deus quaſi conſilium inſit, dum hominem creat., Gregor., 53. 1. Reg. 16., Dei alta providentia in beneficiis conſerandis.